



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Index Rervm Praecipvarvm In hoc libro contentarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

INDEX RERVM  
PRAECIPVARVM IN  
*hoc libro contentarum.*

A.

- A**CHILLEVM Bonzinibij argumentū cōtra  
realē maleficorū delationē soluitur. fol. 266.  
Adorans Dæmonē sub specie Christi quomo-  
do peccet. fol. 82.  
Aëromantia diuinationis species, & vnde dicta. 419.  
Alchimia scripto à nullo traditur. 484. potest habere  
verum effectum. 486 Non est ex natura rei illicita.  
ibidem. Vana est, stulta est. 489. & 491. Coniuncta  
vt plurimum magia, 495 Multos homines depau-  
perauit. 485.  
Angeli sunt incorporei. 72.  
Angelus & Dæmon mouent per voluntatem. 113.  
Angeli & Dæmonis voluntas ad plura se extendit vo-  
lendo quam mouendo. 114. & 115.  
Angelus capillo Abacuc portauit, sed totum corpus  
mouit. 116.  
Angelos bonos apparuisse in specie exercitus. 118.  
Angelos malos, Deo permittente, sub forma exercitus  
posse apparere. ibidem. Milites arte malefica appa-  
rentes, aut sunt præstigiæ, aut Dæmones sub forma  
militum. 119. In campum educti, nec vulnerant,  
nec vulnerantur. ibidem.  
Angelus bonus vnicuique homini ad tutelam. 186.  
Angelicæ custodiæ tres effectus generales, plures autem  
particulares. 188.  
Angeli boni cur dæmones à tentationibus non prohi-  
beant. ibidem.  
Angelus malus an vnicuique ad exercitium designatus.  
189. & loco mutato, mutetur. 190. & in opera ma-  
leficiij quidnam procuret. 191.  
Animalia imperfecta, vt ranas & serpentes, magi faciūt,  
quomodo. 211  
Anima-

I N D E X.

- Animalia signa futurorum.** 306.
- Animarum reuocatio à magis attentatur.** 97.
- Animæ beatorum operibus magorum non se immifcent.** 98. Nec qui igne purgatorio detinentur. 99.
- Animæ damnatorū gehennæ addictæ se operibus magorum non admifcent.** ibid.
- Anima Samuelis vi magiæ euocata non fuit.** 100.
- Anima Samuelis an reuera, vel fpectrum tantum apparuerit, vtrumq; probabile.** ibidem.
- Animę separata reuocatio, vt verè informet, Dæmonis naturalem vim excedit.** 101.
- Apparitiones nocturnæ aliquando fiunt à fagis.** 102.
- In apparitionibus ad orationem confugiadū. 83a
- Apostata recedit à Deo, Quomodo.** 632.
- Aqua benedicta contra Magicas artes & operationes efficax.** 55.
- Aquæ frigidæ probationem adhibens in cognoscenda malefica, peccat mortaliter.** 357. Quo sensu dicatur vulgaris. 358. Pactum implicitum habet cum Dæmone. 359. Credentes ei vim in esse ad manifestandam innocentiam vel culpam, mortaliter peccant, nisi ignorantia excuset. 360.
- Aquæ frigidæ, vel calidæ, aut ferri candentis prolatione, postmodū intormentis extorta cōfessio, nullius est roboris, nec Reus ex ea potest cor. demnari.** 360.
- Arma ad euertendas potestates aereas oportuna.** 9a
- Ars magica quæ.** 527.
- Artes magicæ alię diuinatrices aliæ operatrices.** 433.
- Artium magicarum primus apud Persas inuentor Zoroastres Pactrianorum Rex.** 407. 410.
- Artes magicæ veris Christi cultoribus nihil obsunt.** 396.
367. Per artem magicam puella rebus diuinis non vacans, omnibus equa videbatur. 210.
- Arbitrium hominis Diabolus incitare, cogere præter voluntatem non potest.** 20. Ad maleficium necessariò debet accedere. ibidem.
- Arbitrio iudicis relinqui, quo sensu.** 307.
- Astro

I N D E X

- Astra voluntatem hominis non cogunt. 447. hominū  
 mores astris ascribere, superstitiosum. 448.
- Astrologiæ species duæ, quæ licita, quæ damnata. 449  
 effectus de quib⁹ iudicat Astrologus varij sunt. 450.  
 De quibus infallibiliter possit prognosticare. 451.  
 Vnde fiat vt de futuris euentibus vera sapè prædi-  
 cat. 453
- Astrolabij inspectione furtum Ecclesiæ recuperare cu-  
 pientis presbyteri peccatum. 455
- Auaritia multis maleficij & magiæ causa. 173
- Auaritia facit mammonæ nummorum Deo sacrificare,  
 vt diuites fiant. 171
- Aurum verum per Alchimiam fieri manet dubiū. 483  
 Sophisticatum vendere non licet. 494
- Aruspex vnde dicatur. 500. Augures qui sint. 501. Aru-  
 spicum & Augurum pœna. 503
- B.
- Bona Maleficorum quare non confiscantur. 148
- Bonorum testimonium in negotio maleficij ex natura  
 rei & actus haberi non potest. 321. & 323
- Bullæ Pontificum contra maleficos. 767. & sequentib.
- C.
- Campanarum apud Christianos primus inuentor. 380.  
 Vfus earum. 381. Figuræ in veteri testamento tubæ  
 argenteæ. ibidem. Non baptizari campanas sed be-  
 nedici. 382. Non ex virtute quæ insit campanæ, sed  
 omnipotentis potestate ac voluntate maleficorum  
 conatus impedit. 383. exempla. 384. 385.
- Cap. Episcopi, non damnat sectam maleficarum, sed  
 aliam longè diuersam. 388. Mulieres illius. cap. in  
 quibus à nostris Sagis differant. 389
- Cap. Episcopi, non intendebat corporalem sagarum  
 delationem improbare, sed quæ fidei erant contra-  
 ria. 390
- Casus excepti à regula confessorum de se. 274
- Casu quo testes integri non possunt haberi, vt in male-  
 ficio, admittendi non integri, 320. & 323  
 Ceduntur

I N D E X.

- C**eduntur maleficæ si nil mali fecerint. 66. & maximè  
si ad Deum redire voluerint. 231. & 236.
- Ch**risma non eraditur vnguibus Diaboli. 49. ritum  
erasionis cur fingat. ibidem. Signum erasionis in qui-  
bus potissimum adhibeat. 50
- C**yprianus martyr, An magus fuerit. 33
- C**ometæ materia, & caussa efficiens. 459. In triplici fi-  
gura apparet. 460. Cometæ color. 461. Ex caussa  
vel naturali vel supernaturali ortum potest habere.  
462. Vtriusque significationes. 463. Exempla. 465.
- C**onfessarius maleficorum de quibus eos admonere  
debeat. 285. & 312
- C**onfessionem maleficorum contra socios & participes  
criminis, An habenda sit fides. 272. & 282
- C**onfessio malefici contra socium, quando sufficiens  
indicium ad torturam. 297. & 299
- C**onfessio duorum vel trium contra participes in ma-  
leificio, regulè riter facit indicium ad torturam. 316.  
& sequentib. Casus in quo tam pauca denuntiatio-  
nes non sufficerent. 317
- C**onfessio in extremis facta, An elidat primam confes-  
sionem in tortura & iudicio factam. 308. & sequent.  
Et cum varij sint in confessione denuntiantes, cui cõ-  
fessionem standum. 314
- C**onfessi de se crimen maleficij, quamuis infames, te-  
stes tamen esse possunt; & quare. 341. & sequentib.
- C**onfessio à iudice extorta promissione impunitatis,  
An sit valida, vt quis ex ea possit cõdemnari. 372. 373.
- C**onuentus maleficorum in tres distinctus ordines. 71.  
Morum censorem habet, eiusq; officium. ibidem.
- C**onuentui maleficorum non raro vnus superior Dæ-  
mon præsidet. 192. Quibus anni temporibus solen-  
niores conuentus fiant. 43. 70. 71. Quare de nocte, &  
in locis desertis. 324
- C**onuentui an in persona, vel representatione per suũ  
Diabolum intersint, vnde cognoscatur. 85. & 87.
- C**onuentus ad nomen D E I, I E S V, & signum  
crucis

I N D E X.

- crucis quandoq; disparuerūt. 259. 262. 263. In con-  
 uentu quam diu disciplinam tenere debeant. 67. Impe-  
 ditus ne in conuentum possit apparare, Diabolum  
 suum cum pleno consensu substituit. 70.  
 Corpora Dæmonum quomodo sint vera, quomodo  
 non. 92.  
 Corporaliter de loco ad locum, & suos conuentus sæ-  
 pè Magi transferuntur. 250.  
 Corporalis translationis exempla. 252. & sequentib.  
 Corporalis translatio fit virtute Diaboli, nec vlla virtus  
 in est vnguentis. 269. In ea sicut etiam in conuentu,  
 honoratiores sæpè vultu & forma teguntur. 365.  
 Obiectio ex historia. S. Germani refutatur. 401. &  
 sequentib.  
 Crucis Christi & nominis Iesu efficacia. 65. & 67.  
 Curiositas que est libido sciendi non necessaria plerisq;  
 causa maleficij. 170. hanc quidam animarum sua-  
 rum commercio à Dæmonibus mercati. 171.

D.

- Damnato ex indicijs & coniecturis non imponenda  
 vera pœna delicti, sed alia mitior. 366.  
 Dammati ad ignem, an viui sint comburendi. 375.  
 Apud Christianos mos prius strangulandi. ibidem.  
 Impœnitentibus tamen hunc morem non suffra-  
 gari. ibidem.  
 Damnatis ad mortem & pœnitentibus sacramentum  
 Eucharistiæ non denegandum. 376. Ipso executio-  
 nis die non dandum, nisi moram executio non pa-  
 tiatur. 377. Pro eis sacrificium offerri potest, non  
 tamen solemnes exequiæ fieri debeat. 379.  
 Dæmones esse, fidei est. 7.  
 Dæmones plura non possunt quàm illis permittantur. 10.  
 Dæmonis potestas humanæ naturæ vi perfecte sciri nõ  
 potest. 51. Aequè potestas eorum ac angelorum vim  
 habet in corpora inferiora. 52. Et dona naturæ in-  
 tegralia in eis permauserunt. ibidem.
- Dæmon

I N D E X.

- Dæmon** primò ligatus à Christo 13. Quomodo ligatus, qui tantum adhuc præualeat 11. & sequ. Dæmones etiam in sanctos suam potestatem exercere permittuntur 9. aliter longè in sanctos quàm maleficos 18
- Dæmoni** leuis sæpè occasio viam aperit, sed quæ grauiora peccata præsupponat 16. vt animam inuadat diabolus, quæ se non prius gratia Dei priuarit prouidentia Dei non permittit 17. & 395
- Dæmonem** Christo potentiorem faciunt, qui negant maleficum posse conuerti. 21
- Dæmoni** hominem deuotum B. Basil. Christo reconciliauit. 28. intercessione B. Mariæ Virginis, Theophilus qui se dæmoni deuouerat, pœnitens ad Deum redit. 29
- Dæmones** in promissis aliquando fallunt 36. Diuitias & gloriam promittentes, ex se tradere non possunt 37. Pro pecunia dant stercora; & tamen veras quandoque pecunias, quare. 37. & 40.
- Dæmones** possunt assumere corpora, & apparere hominibus, exempla. 74. & 75.
- Dæmones** posse in hac vita videri in sua natura, error tam fidei quàm rectæ rationi contrarius. 75
- Dæmones** varias formas pro negotiorum varietate assumunt. 80. Nunquam ouium & columbarum; At hircorum, coruorum, & canum formas assumunt sæpius. 81. In corporibus apparent mortuorum, sed non bonorum. ibidem.
- Dæmones** vnde in corpore assumpto cognoscantur. 85. & in corporibus assumptis num verè loquantur. 90
- Fœtorem** producunt. 92. Aliquando à Sagis in loco torturæ videntur 93. quomodo videantur ab vno & non altero 95. Simulant se animas esse defunctorum 96
- Dæmones** sibi subordinatos esse, idq; naturale ipsis esse. 55. & 58. quomodo sibi sint concordēs. 56. Secundū scientiæ magnitudinem, habent amplitudinem præfidentia, 59. Præfidentia Dæmonum, est lōcorum, personarum, & vitiorum. 59. & 61

Ecc

Dæmones

I N D E X.

- Dæmones ad fraudem & tentationem segnes, à superioribus flagellantur; industrij coronantur & laudantur 62. & 63
- Dæmonum quisq; ad illud maximè peccatum conatur inducere cui præsidet 59. vnus fornicationis spiritus, an seducat eum qui in Britannia, & eum qui fornicatur in India ibid.
- Dæmonum diuersitas colligitur ex diuersitate animalium, quibus in sacris literis comparatur, aut quorum nomine significantur 60 & 61
- Dæmones in operationibus suis scismata lunæ obseruant, quare 5. & 132. in maleficijs diuinorum operū imitationem affectant, & per quæ 20. & 33
- Dæmon cur Onocentaurus & Lamia dictus à Propheta 88. quandoq; etiam ad longum tempus sic conuersatur, vt verus homo putetur; lepida historia ibid.
- Dæmon qui 249. annis in templo Dianæ habitauerat à quo, & quibus verbis expulsus 124
- Dæmones à suis adorationem & sacrificia expetunt, & si negligatur, irascuntur. 184
- Dæmones cum maleficijs rem veneream exercent, & singulæ singulos habent Amasios 212. modus dæmoniaci coitus explicatur 215. & sequent. cuiusmodi semè infundat 229. Dæmoniaco coitu forsan natus, cuius erit filius 220. cum Dæmone coeuntes, an delectationem percipiant 223 & 225
- Dæmon in forma merulæ B. Benedictum infestans, & crucis signo fugatus, quantam carnis tentatione in eo reliquerit 224
- Dæmon proprio adiacente marito quadoque muliere abusus 231. à B. Bernardo anathematizatur 232
- Dæmon non semper operatur, à malefico inuocatus. 562. delectatur libidine 222. Libido eius pulchritudine capillorum muliebrium prouocatur. 229.
- Dæmones incubi mulieribus pulchros crines habentibus maximè infesti ibid.
- Dæmones delectantur sanguine humano 669. possunt grandi-



I N D E X.

- grandines facere 553. possunt occidere 555. possunt  
 imbribus intempestiuis mouere cœlum & terram;  
 exempla 563. & 564
- Dæmones vitam hominis ad 800. vel 900. annos sicut  
 olim viuebant homines, non possunt protrahere 246
- Dæmones triplici vigent acumine scientiæ. 421. cog-  
 nitionem Dæmonis nihil rerum naturalium effu-  
 git, cordium cogitationibus exceptis. ibidem. cog-  
 nicio & experientia dæmonis indies augetur &  
 crescit 422. & 424. minores à maioribus addiscunt  
 astutias quas ignorant. 423. Reuelatione supernorum  
 spirituum aliqua præsciunt, quomodo 426. futura  
 in seipsis, nisi à bonis angelis reuelentur, non cog-  
 noscunt. 428 futura quandoque prædicunt, quæ  
 ipsimet facturi sunt 428. ab alijs hominibus intel-  
 ligunt, quæ facere velint, & suis maleficis prædi-  
 cunt ibidem. futura merè contingentia, haud cog-  
 noscunt 430. Thesauros absconditos, furta secreta,  
 & deperdita norunt. 433
- Dardanarij qui sint, ad restitutionem eos, & eorum hæ-  
 redes obligari 143. 144. 145. Dardanarij poena ar-  
 bitraria pro damni quantitate, & exercitij frequen-  
 tia 144
- Denuntiatio malefici contra socium, facit iudicium  
 graue 298
- Denuntiatio socij vt faciat iudicium, an fieri debeat  
 cum iuramento. 303
- Denuntiatio huic in cursu fuisse, magis meretur fidem  
 quàm si diceret, ipsum hominem aut equum occi-  
 disse 333. in denuntiationibus maleficorum error  
 fortè contingens, non adimit eis omnem fidem.  
 294. Denuntiationibus maleficorum, aut semper,  
 aut ferè semper veritas adest 298. Denuntiationi-  
 bus maleficorum contra socios fides habenda, et-  
 iam si noctu ea conuenticula fiant 403. efficere dæ-  
 mon potest lumen ad videndum, quod non facillè à  
 vento extinguitur. 404
- Ecc 2                      Deaua

I N D E X.

- Denuntiationibus incantatorum aut diuinorum non licet ad capturam vel torturam deuenire 363.364  
 Denuntiationes incantatorum aut diuinorum quare reijciantur, & maleficorum admittantur. 365.366  
 Denuntiationibus confortum in crimine maleficorum si non detur fides, non est via extirpandi hoc crimen, nec inquirendi 328  
 Diuinitio quid, & ad eam quæ pertineant 161. diuinitio omnis utitur ad præcognoscendum futuros euentus Dæmonum auxilio 417. Diuinationis variæ species 419. & sequent.

E

- Ecclesia malignantium æmula est Ecclesiæ Christi & Sanctorum 62  
 Emanatio sanguinis de corpore occisi ad præsentiam occisoris, diuino tribuenda miraculo 136  
 Emanatio huiusmodi sanguinis, An indicium sufficiens ad torturam ibid.  
 Emens aut præbens venenum ad occidendum, an poena ordinaria teneatur, si nõ sit subsecutus effectus. 442.  
 Execratio sui & suorum, sæpè maleficij occasio. 175  
 Exorcismi pellunt Dæmones, sed non semper habent certam vim. 126  
 Expelli Dæmon herba vel melodia non potest. 130. Per melodiam cytharæ, & iecur piscis non est Dæmon expulsus, sed per orationem Tobix & meritum Dauidis. 133  
 Exempla eorum qui abnegarunt Deum. 27. 28. 29. 30.

F.

- Fiscus aut Dominus succedens in acquisitione bonorū, tenetur de damno dato satisfacere. 139. 140.  
 Fistulatores in conuentu maleficorum, lucrantur pecuniam. 71  
 Futura in seipsis considerata à solo Deo cognosci possunt. 427

G.

- Gigantes ante diluuium ex quibus nati. 216  
 Grego.

I N D E X.

Gregor. Nazianzen. Iulianum Athenis conspiciens, ex  
Physiognomia quale tulerit de eo iudicium 466

H.

Heredes tam malefici quàm alterius Rei, tenentur dam-  
num ab illis illatum resarcire 139

Heredes ad huiusmodi damnorum restitutionem à iu-  
dice Ecclesiastico compelli possunt 141

Heredes protrahentes damnum & iniuriam passos, vt  
prius Legatarijs satisfaciant, in foro conscientiae non  
absoluuntur 142

I.

Indebitus Dei cultus duplex: falsus, & superfluus 161

Idololatria quid, & quomodo malefici exerceant 160

Idololatria non est Sanctis cum Christo regnantibus,  
debitum honorem impendere ibid.

Inscitia ministrorum Ecclesiae, multis occasio male-  
ficij 152

Inscitia sacerdotum, stratagema diaboli in Philistæis  
præfiguratum 155

Indicia quot requirantur ad torturam 306. in crimini-  
bus exceptis, quale est maleficium, sufficiunt suspi-  
ciones leuiiores, quàm in non exceptis 306 308

Inimicitia capitalis à testimonio repellit 344

Inimicitia capitalis ex quibus nascatur 345. 346

Inimicus reconciliatus, quando poterit esse testis 349

Iudex Reum de se confessum interrogare tenetur de so-  
cijs, in casibus exceptis 276. 277. 282. omittens du-  
plici ratione peccat 284. Iudici quid cauendum,  
quãdo facienda est de complicibus interrogatio 285.  
Quando licitum sit iudici in specie interrogare, Est-  
ne hic tibi socius 286

Iudici de socijs interroganti tenetur maleficus respon-  
dere 282. aliàs non absoluentus 285. de se confessus,  
si nouerit aliquem de sua societate conuersum, non  
tenetur cum iudici interroganti denunciare 288. Iu-  
dici obseruandum, An reus confessionem contra alios  
sepius reiteret 316

Ecc 3

Iudi-

I N D E X.

- Iudici non licet à magis veritatem mendacijs eruere 387.  
 omne mendacium diuino & humano iure prohibi-  
 tum 368. maximè autem in iudice 369. argumenta  
 Bodini soluuntur 370.371
- Iudex non sepeliens eum qui ante confessionem aut  
 probationem criminis mortuus est, peccat 652. In cor-  
 pus defuncti in carcere sauire illi de iure nō licet, sed  
 praxis habet 655. per denuntiationes ad inquisitionē  
 & torturā procedens, æquissimè facit 340. Ipsius glo-  
 ria est, indifferenter sine exceptione personarum om-  
 nes punire, nisi Reipub. perturbatio esset sequutura  
 668. expectans non conuersos maleficos ad pœnitē-  
 tiam, vt eos liberet, crudelis 634
- Innocentes Dæmon in nocturnis conuentibus repræ-  
 sentare non potest 393. Nec enim potest operari nisi  
 ex permissione diuina, & tantum saltem, & non plus  
 ibid. Multa potest ex suæ naturæ potentia, quantum  
 ad actum primum, quæ non potest, quantum ad se-  
 cundum 394. nec appetit quidem diabolus talem iu-  
 storum repræsentationem, & quare 400.
- Innocentem extraordinaria potentia si repræsentari  
 permittat Deus in conuentibus nocturnis; innocen-  
 tia eius manifestabitur; exempla 396
- Innocentes posse à Dæmone repræsentari in conuen-  
 tu maleficorum ad infamandum eos, qui dicunt;  
 Latronibus, homicidis, & similibus patrocinium  
 præstant 397.398
- Iudex quando possit reum tortum relaxare 712
- Iudex sibi non sufficiens, adhibeat peritorū iudiciū 740
- Iudicia ad crimen maleficij cognoscendum assignantur  
 viginti ibidem
- L.
- Lamie cur vocentur malefici. 412
- L. Plus est hominem veneno extinguere, quàm occide-  
 re gladio, duplex sensus 435. quid venenum 437. ad  
 interpretationem L. verba Philonis 438  
 Libe.

I N D E X.

Liberare maleficos è manibus iustitiæ & custodia publica potestatis cur dæmon non possit 399  
 Luxuria non solum vt incidant, sed vt etiam in maleficio perseuerent, causa est 174  
 Libri magorum & hereticorum comburendi 724-727

M.

Maleficia fieri certum est 2  
 Maleficia negare hereticum 3  
 Maleficij varieg significationes 2. Per Antonomasiam  
     Magis & sagis attribuitur 413  
 Maleficiū vt fiat, tria necessaria 8  
 Maleficia Deus quare permittat 9  
 Malefici instrumenta Diaboli 20  
 Malefici aut Magi effectus portentosos qui sint supra diaboli vires, non edunt 51  
 Maleficorum operationes effectum sortiuntur, vel ex applicatione naturalium agentium, vel occulto pacto cum Dæmone 53  
 Maleficorum operationes quæ ex occulto pacto dæmonis per signa procedunt, eæ potius per Reliquias Sanctorum, & sacramentalia impediuntur, quàm alię operationes in quibus rebus naturalibus vtuntur 54  
 Malefici multa faciunt ope diabolica, quæ imperitis videntur impossibilia 51. 195. possunt vim generatiuam inter coniuges impedire 237. 238. possunt ad amores mouere 531. Exempla ibid. possunt morbos inferre, homines & pecora interficere 243. venationem ferarum impedire 600. possunt tempestates mouere. sterilitatem procurare. 248. 249. possunt multos curare morbos, quibus nulla medicorum scientia mederi valet 245. Exemplum 240. omnia procurare possunt quæ Dæmon 553  
 Malefici nostri nihil consententur noni, quod olim non fuerit à Dæmone factum 235.  
 Malefici quando nocte domos ingrediuntur, quomodo iuuet & concurrat Dæmon 591

Ecc 4

Male.

I N D E X.

- Malefici sunt Rei læsæ maiestatis diuinæ 291. 336. sunt  
 sacrilegi 292. maleficorum crimen multa gravissi-  
 ma & horrenda in se scelera continet 326. 604
- Malefici opera diaboli ad conuentum feruntur, sed in  
 eo faciunt opera humana, & functione sensuum cor-  
 poreorum vtuntur 365
- Maleficorum principes cum Dæmoniorum Principe  
 cōcludunt, & inferioribus executionem mādant 329
- Maleficorum competens forum 147. 339. maleficiam  
 quando manifestam sapiat hæresim. 148
- Malefici morte puniendi sunt, etiamsi tantum in cursu  
 fuerint 630. Cur morte puniātur tres causse geneales  
 528. Iustè puniūtur pœna ignis 630. Quod puniri pos-  
 sint, iudicibus à Deo potestas data est, & mandatū 643  
 Nec illis parcendū quia multi, sed indifferentè puni-  
 re sine personarum acceptione, iudicis gloria est 663.  
 668 in carcere moriens ante criminis confessionē aut  
 probationem, in loco sacro sepeliendus 691. malefi-  
 cium confessus sed pœnitens, si moriatur in carcere,  
 regulariter non est sepultura priuandus 653
- Maleficorum opera in tollendis maleficijs vti non licet,  
 etiamsi parati fuerint 247
- Maleficus non potest semper dissoluere maleficium ab  
 alio inductum 573. & 576 Superior potest inferioris  
 curare ibid. potest dæmonem suum cogere per supe-  
 riorem 71. expellunt malefici aliquando Dæmones,  
 & quomodo 128
- Malefici sæpè violant sepulchra, & mortuorum, præser-  
 tim infantium corporibus abutuntur 136
- Malefici tenentur damna illata restituere 139
- Magiæ, in eam quæ sit ministerio substantiæ separatæ,  
 & naturalem; diuisio 195
- Magia naturalis, quæ sit, & quando fiat vitiosa 195. & 196  
 exempla magiæ naturalis 195. & 197
- Magi vera miracula nō faciunt 194. Magi Pharaonis 194  
 veros serpentes & ranas fecerunt, non tamen miraculū  
 Magi ope dæmonis mirabilia faciunt, tribus modis 198
- Magi

I N D E X

Magi seu malefici nec se nec alios realiter possunt in lupos transformare 200. B. Augustini de transformationibus hominum in bestias sententia 204. transformationes huiusmodi cum verè non fiant, quomodo appareant	209
Magistratus peruersus instinctu dæmonum præficitur, bonus deiicitur	61
Magistratus negligentia non minima tot maleficorum causa	156
Mandatarius quis sit, & mandatarij dictum solum sine alijs indicijs, an faciat indicium ad torturam contra mandantem	304
Minorenes an contra maleficos testari possint	350
N.	
Nabuchodonosor non verè mutatus in bouem, sed in amentiam versus	207
Necromantia quæ diuinationis species	419
O.	
Observantia vana absque tacita Dæmonis inuocatione non est.	161
Operis diuissio	1
Opera magica scripturis prohibita & legibus	3
Operationum mirabilium circa mortuorum corpora, quædam species	134
Operationes huiusmodi mirabiles qua virtute fiant	134. 135
Occultas hominum cogitationes non cognoscunt Dæmones 431. indirectè & cognitione coniecturali quandoq; cognoscunt.	432
Opera maleficorum fiunt ex pacto cum dæmone.	22
P.	
Pactum de facto interuenire in magorum operibus doctrina Catholica.	23
Pacti forma in verbis diaboli: Si cadēs adoraueris me 23 similis formæ pacto sagas & maleficos diabolus aggreditur 24. Pactorum explicitorum exempla 27. & sequent. Doctoris cuiusdam, pactum cum Dæmone fieri	Ecc 5

I N D E X.

- fieri posse negantis, argumenta solvuntur 43. & seq.
- Pacisci cum spiritu potest homo, nec impedit natura-  
rum disparitas 47
- Pacti non tam essentia quàm manifestatio requirit mē-  
bra corporea. 48
- Pactum non impedit, quod per dolum & astutiam ma-  
lefici decipiantur ibid.
- Pactum cum Dæmonibus multi passim non dormien-  
tes, sed vigilantes & solutis sensibus ineunt 49
- Perseuerantię in maleficij, scelere, quęnam sit causa 177  
figura Philistęorum Samionem captum excecantium  
177. sub maxima pœna dęmones imperant ne cui ex-  
tra societatem consilia sua detegant 178
- Physiognomia an ad indicia pertineat, vt quidem bona  
prolit, mala Reo noceat 467. Physiognomo quę ob-  
seruandę regulę 469. propter signa exteriora non  
statim iudicandum de moribus hominum 470.
- Physiognomię de quibus iudicare non debeat 470.
- Physiognomię cura præcipua consistit in vultu & o-  
culis 471
- Planetas quosdam efficaciter inclinare ad furta, alios  
ad luxuriam, impium est asserere. 454. planetarum  
nomina cur diebus septimanę gentiles assignarunt  
ibidem.
- Puillanimitas præsertim mulieribus, plerunquę causa  
maleficij 178
- Pater, An filium maleficum teneatur denuntiare, & fi-  
lius patrem 278.
- Puerum signo crucis à parentibus munitum, malefica  
occidere non potuit, quinquagesies ad hoc à diabo-  
lo deportata 261
- Pueri quando & quomodo puniendi maleficio ob-  
noxij. 644

R.

Remedia contra desperationis errorem, & quod decep-  
tus à diabolo redire possit in gratiam. 179  
Reme-



## I N D E X.

- Remedium optimum, vt homo se delusum cognoscens  
statim confiteatur 180. & 183
- Resistentibus vt formica debilis, timidis vt leo crudelis,  
diabolus 181. constantis animi continuatione, diabo-  
li vis deiicitur, exemplo S. Anthonij 182
- Reus crimen de se confessus, non potest interrogari de  
alijs, de quibus nulla sunt legitima indicia 28
- Reuelatio duobus fit modis: illustratione mentis, & so-  
la prædictione 426
- Reus in autoritate constitutus potest puniri morte si-  
ne degradatione 720
- S.
- Sage diaboli a fini. 19
- Sage insidentes scopis per caminum euolant, & ab hir-  
cis transferuntur 69
- Socius de socio criminis quando interrogandus 274. 288
- Socij criminis in testes admittuntur, non ad condem-  
nandum, sed ad torturam tantum 352
- Sociorum denuntiationibus & testimonijs multiplica-  
tis, An quis possit condemnari. 353
- Somniorum duplex causa 550. non sunt omnino con-  
temnenda 513. Licet eis aliquando intendere 513. ex  
ijs prædicere futura contingentia, quomodo malum  
fit 514.
- Sors quid 518. quotuplex ibid. Diuisoria licita 519. Di-  
uinatoria damnata 524. consultoria quomodo licita  
521. vt licet in officijs secularibus. 523. vt non licet in  
Ecclesiasticis electionibus 520
- Sortilegorum professio alia tacita, alia expressa 42
- Sortilegæ professionis tam tacite q̄ expressæ modus 43
- Sortilegorum professio solennis, vbi, quando, & quo-  
modo fiat 43
- Superstitio dispositio ad maleficium 159. Superstitio  
quid, & quot eius species 160. Superstitionum exem-  
pla 162. & sequen. Superstitiosi sunt, non solum exer-  
centes ea, sed fidem etiam habentes, & interrogantes  
168. Superstitioes tanto periculosiores, quāto plures  
adhi-

I N D E X.

- adhibentur res sacrae 167. Superstitiosum non est, ex  
auro vel alia materia, vt signa adeptæ sanitatis, imagi-  
nes in templo suspendere 164. Superstitiones & ob-  
seruantia vanæ, effectum quare nonnunquam con-  
sequantur 167. Superstitiosa à non superstitiosis dif-  
cernendi quinq; regulæ 168
- Striges quare vocentur malefici 321. 413
- T.
- Testes singulares qui sint; An probent, ita vt quis possit  
ad eorum denominationes torqueri 331
- Tortura modicè adhibenda 660. adhibenda tantum in  
atrocioribus criminibus. 687. Non adhibenda regu-  
lariter, quando 681. & 682. adhiberi potest maleficis,  
etiamsi sint personæ exceptæ 680. In tortura confes-  
sus non habitis legitimis indicijs, sibi non præiudi-  
cat 686
- in Tortura sunt soliti modi, nō exquisiti adhibendi 689
- à Tortura nemo excipitur ratione dignitatis 690
- Tortura in præsentia Iudicis fieri debet 691
- Tortus leniter potest postea plenè torqueri 693
- Tortus & nihil confessus, sine indicijs nouis torqueri i-  
terum non debet 694
- Tortus & crimen confessus potest iterum torqueri ad  
detegendum socios 698
- in Tortura crimen confessus & postea reuocans, potest  
repeti in tortura 699
- Taciturnitas in tormentis à Dæmone quomodo procu-  
retur 705
- Tortus sufficienter & nil confessus, dimittendus est 709
- Tortus quando non infamatur per torturam 715
- Tortura potest adhiberi etiam die festo 716
- Tumultus & perturbationes nocturnæ vt plurimum à  
Dæmonibus fiunt 104
- Tumultus nocturnos certis quibusdam in locis contin-  
gere, exempla. 104. & seq. cur in his & non in alijs lo-  
cis fiant, haud certa semper ratio 110. conductor do-  
mum conductitiam potest propter spectra relinque-  
re ibid. Tumul-

I N D E X.

Tumultus & vexationes nocturnæ, nunc sine vlllo damno, nunc minori, nunc maiori cum damno atque molestia III. & IIII. Sunt dæmones ioculatores, qui fatigare potius quàm nocere student III. contra locorum infestationes, remedia; Sacrificium corporis Christi, Reliquiæ Sanctorum, Exorcismi 120. & seq.

V.

Vetularum remedia in curandis morbis & maleficijs valdè suspecta 577. Maleficis vetulis familiare, vt infantes falcinent, & modus 244. Maleficium in mulieribus quàm in viris frequentius 415. eius aliquot rationes 416

Visiones non facilè admittendæ, & probandi modus 83 & 84. Visionibus non statim credendum, exempla 83. Visionibus occurrentibus, cor signo crucis muniendum, & nomen Iesu inuocandum 84

Vxor Loth non creata, sed diuina potestate in statuam salis conuersa 208. cur potius in statuam salis, quàm aliam substantiam conuersa 208

*Scilicet J. J. Paderborne.*

F I N I S.



